Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ambrosius Epis. S. Isidorus Hispal. Epis. S. Hildebertu S. Ab. 4. Ap.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Ambroſius Mediolan. Ep. confeſſor quarto ſæculo SS. Doctorũ ferace, enituit. A tribus abſtinebat arctè, nimirũ à quærenda alteri vxore, à ſuadenda militia, à convivio etiamſi acriter invitaretur. Adhæc miraculis & victorijs aduerſus Arianos à Deo illuſtratus, etiam de Imp. Theodoſio potentisſimo & Auguſtino doctisſimo viro per ſanctã eorum conuerſionem triumphavit. obijt vir Maximus A. Dni 397. fere & hoc die, depoſitus, qui 7 Dec. fuerat conſecratus.

2. S. Hildefonſus Hiſpal. Epiſ. ſanctitate & Doctrina conſpicuus, zelo Catholicæ fidei & obſervantiæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ Hiſpanias illuſtravit, circa A Dni 630.

3. S Hildebertus Ab. Gandauẽſis in S. Petri Monaſterio VI vitæ ſanctitati etiam Martyrij coronam adiecit circa A. D 751. inſidijs ut fertur Conſiliariorum Conſtantini.

S Ambroſius Epiſ. S. Iſidorus Hiſpal. Epiſ. S Hildebertu S. Ab. 4 Ap.

Recollectio.

Vivamus paululum Deo qui ſæculo viximus multum, Chryſol.

Deus qui nos B Ambroſij Epiſ, & C. qui (B Iſidori Ep. B Hildeberti Ab.) confeſſione glorioſa circundas & protegis, præſta nobis ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per D.N. Ieſum Chr &c.

Ora pro deuotis B.M.V. &